



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Coadjutorum Temporalium Institutione, & Ministeriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

1 C. 2. D. 95.

P. Generalis annueret. ^l Dubitatum etiam fuit de indumento Nostrorum, qui Sacerdotes non sunt, dum sepulturæ mandantur: placuit eodem modo esse indutos, quo alii honesti Clerici; quod si is minimè deceret, quod alicubi Clerici spoliati clericalibus vestibus sepeliantur, P. Generalis, prout expendere ædificationi judicaverit, dispenset. ^m

m C. 1. D. 109.

& C. 4. D. 4.

S E C T I O I I.

De Coadjutorum Temporalium Institutione & Ministeriis.

Institutio in
Novitiatis.

1. **E** Novitiatu nullâ ratione extrahendi sunt, nisi per annum integrum in eo fuerint; & benè satisfecerint: & ante finitum biennium, nullo modo, in publicis officiis exponantur. Interim verò in Collegiis habeant aliquem, quasi Magistrum in exercitationibus spiritualibus; & per mensem ante Vota redeant si fieri poterit, ad Novitiatum, aut saltem per idem tempus se colligant, & ad Vota emittenda præparent. ⁿ Tempore verò Novitiatus morandi sedulo, eorum vocationem esse, sublevare in officiis, etiam abjectis, reliquos Socios; qui in vinea Domini aliis functionibus occupantur; non affectando superiorem Gradum. Instituendi etiam in externa & religiosa politia, & modo decenti agendi. ^o

* In. 6. §. 5. &

Or. c. 1. §. 16.

& c. 13. §. 8.

o Ex. c. 6. §. 3.

6. 7. & R.

Coadr. & 11.

& In. 6. §. 4.

2. Multò

2. Multò magis curandum, ut spiritum in Probatione acquisitum conservent. Quod præstabitur frequenti Superiorum, & spiritualium Præfectorum colloquio, hebdomadaria catechesi, aut alia quapiam collatione pia p & quotidiana explicatione peragendæ matutine meditationis. q Cui tempus commodum designandum pro illis, qui domesticis occupationibus orationis tempore distinentur; maxima verò ratio habeatur eorum, qui versantur in Villis. Ad eam porrò meditationem instituendi, juxta ipsorum captum & devotionem; ita ut, si qui recitando Rosario occupantur, doceantur & ipsi, quomodo mysteria in eo contenta meditari possint. s Faciliùs indulgeri cum iisdem poterit, ut frequentius quàm octavo quoque die communicent. t Significandum etiam, participes ipsos esse omnium bonorum operum, quæ in Societate fiunt, & omnium Indulgentiarum, & spiritualium gratiarum, quas ceteri consequuntur. u

3. Circa disciplinam verò exteriorem i. ut eis subsidium necessarium suppeditandum, ita otium non permittendum. x 2. Non facilè indulgendum necessitati, ut domo in comitatu exeant; y & ad agros curandos magis probati mittendi: qui soli ibi-

Post Votum.

p R. Coad. 8.
& C. 7. D. 80.
§. 19. & R.
Præf. Spir. 7.
& In. 8. §. 1. 2.
q P. 4. c. 4. B.
& C. 7. D. 80.
§. 19. & C. 8.
D. 38. §. 4.

r C. 7. D. 25.
§ 1.
s P. 3. c. 1. R.
& P. 4. c. 4.
§. 4. & C. &
C. 1. D. 97. &
R. M. N. 59. &
R. Præf. Spir.
7.

t R. Rect. 34.
u Paul. III. p.
30. R. Coad.
11. In. 8. §. 2.

Disciplina eorum exterior.

x P. 4. c. 10. §.
6. & R. Præp.
7. & Rect. 6.
& Coad. 4.
y P. 3. c. 1. §. 3. &
C. & In. 8. §. 3.

z Or. c. 2. §. 17.
& In. 8. §. 4.

a C. 7. D. 29.

b R. Coad. 5.
& R. Sac. 18.
& Or. 4. §. 3.
& In. 15. c. 2.

Ministeria

c P. 1. c. 2. §.
2. A. & P. 3. c.
2. §. 7. & H. &
P. 4. c. 6. B. &
C. 10. §. 7. &
H.

d P. 3. c. 2. §.
7. & H.

ibidem non morentur; aut saltem non per-
noctent: z neque certi in Socios stabiles
ullis Patribus assignandi (exceptis Provin-
ciali & Visitatore) ita ut à domesticis mu-
niis immunes habeantur. a Cùm verò co-
mitantur nostros, non eos relinquent solos,
in visitationibus fœminarum; sed neque
dum invisuntur viri, iis exceptis, quorum
auctoritas aliud poscit: & reversi domum,
debent ultrò Superiorem admonere, si quid
contra hanc regulam commissum sit. b

4. Officia, in quibus debent adhiberi
Coadjutores temporales, sunt, præsertim
in magnis Domibus, Coqui, & dispen-
satoris occupationes, Emptoris, Janitoris,
Infirmarii, Lotoris, Præfecti horti, elec-
mosynarum Curatoris, Tonforis, Scrip-
toris, Sacristæ; relicta tamen Superio-
ris prudentiæ potestate plus, minusve hos
Officiales omnino deputandi: cum contin-
gere alicubi possit; ut provideri per alios
liceat, sine detrimento majoris boni, aut
nimia distractione. c Sed ad eas potissi-
mum functiones utetur opera Coadjuto-
rum temporalium, quæ honestius domi,
quam foris fiunt: sunt autem officia Loto-
ris pannorum lineorum, Tonforis, & hu-
jusmodi: eaque, si ignoraverint, addiscant
oportet. d Quid vero in singulis his,
aliis-

aliisque officiis præstare debeant Fratres Coadjutores, huc referre non vacat: qui nosse voluerit, consulat Regulas pag. 240. & sequentibus, præter eorundem communes pag. 236. Nemo autem ex illis aut legere discat, aut scribere; aut si aliquid scit, plus literarum addiscat: nec quisquam eum doceat, sine Præpositi Generalis facultate: neque exerceatur concionando. *

§. At à Superioribus constituendi prudenter sunt in domesticis ministeriis, habita ratione sufficientiæ personarum, & in quibusdam officiis, etiam experientiæ: nec faciliè mutari debent, aut si periti sunt, corrigi, multoque minus contemni: suas cuique regulas Superior tradat, & eos aliquando visitet; à Ministro tamen non nimis urgendi sunt. f



P

CA

Ex. c. 4. §.
25. & c. 6 §. 6.
& R. com. 14.

*Quomodo in
illis tractandi.*

f P. 3. c. 2 §.
7. & F. & P. 4.
c. 10. §. 5. 6.
& E. & R.
Præp. 6. 7. &
R. Rect. 5. 6.
& In. 8. §. 5.